



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Medita=||tiones Rervm Di-||vinarvm In Psalmos||  
Quindecim**

**Hillesheim, Ludwig**

**Coloniae, 1572**

**VD16 H 3683**

18 Cæli enarrant.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60352](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-60352)

tus, sedata temporum tempestate, ad legū  
tuarum obseruantiam mentes omnium fe-  
rantur, ac fructuose fiant, te benedicente  
& adiuuante, ad summam nostram fæli-  
citatem, et nominis tui gloriam aeternam.

Meditationis in psalmum  
primum finis.

ARGUMENTVM

Psalmi 18.

Ex cælorum admirando ope re, cæte-  
risq; rebus creatis & ordine uniuersi, eius  
effectoris D E I cognitione, omnium ho-  
minum mentes implentur, nec ea vlli na-  
tioni ignota est. Hæc scientia diuinaque  
doctrina, in cælo descripta, et in omniū  
mentes impressa est, ad D E V M cognos-  
cendum, vt homo Dei misericordia re-  
demptus, se auertere à delicto, & infer-  
re in cælum possit.

MEDITATIO IN PSALMVM

xvij. iuxta Hebreos xix.

**M**agna iustorū gloriatio est cōsciētiæ *Ad Cor. 2.*  
*Meorū testimoniū, q̄ non cū humana cap. 6.*  
sapiētia, sed cū diuina gratia versātur, im-  
buti claritate cognitiōis dei, q̄ ipsi ex mūdi  
creati

*Ad Rom. 1. creatione, perque dei opera considerantes, dignam Deo gloriam, gratiam quod semper tribunut. Atque hæc cognitio, per dei nomen est atque spiritum, quæ nos ei commendat, ut immortalem asequamur coronam, electi per gratiam, & Deo reconciliati per ipsius filij sanguinem, perfectione diuina, in qua spem propositam habemus, tutam atque firmam, quæ in sempiternum ducat, ad quam nati & facti à Deo sumus, & qua in requiem cælestem ingredimur, & ad Deum accedimus. Hoc fœdus cum suo populo est Dei, æternum ac sanctum, per intimam eius misericordia, ad quam aditus est omnibus, qui vera fide eum protego colunt, quacunque in ora ac parte viuant terrarum, distillante in eos gratia diuina rore, eorumque animos fœcundante. Pro eo ei supplicandum, & per gloriosum ipsius nomen orandum, ut abstrusa Sapientia ipsius manifesta faciat nobis, non ad eius perscrutandam maiestatem immensam, sed lucem cognitio-*

ni

nis ipsius intuendam implente nos eius spi-  
ritu, qui veras noticias inducat, per quas 1. Pet. 1.  
Dei gloriam contemplamur, & ad diui-  
narum legum usum deducamur. Ita addi-  
cti Deo ac deuoti, in perpetuum viuemus.  
Eius boni species admiratione, euentuque Genes. 8.  
illustris in IACOBOPatriarcha est, qui  
cum è terra patria, pfugiens, occidet sole,  
loco deserto, capiti saxo supposito dormi-  
ret & interquiesceret, vidit in somnis sca-  
lam è terra ad cœlum usq[ue] pertingentem,  
& angelos Dei per eam ascendentis & des-  
cendentis, ac ipsum quoque in alto deum,  
ei scalæ innixum, confirmantem suum er-  
ga illum fauorem: quem gratae amplexus,  
voto Dei colendi sempiterno ac solenni se-  
astrinxit. Hæc certissima beneficentia dei,  
virtutis q[ui] humane signa, iusti sequuntur,  
qui in vita, ut graui exilio agunt, ac quin  
aduersarum rerum opprimuntur nocte,  
& turbulentis inanum negotiorum curis  
auersi, ad quietem se veram dant, non cor-  
poris tantum, sed & animi, & abdicatis

C omni-

omnibus illecebris ac deliciis, contempto  
mundo, saxa capiti supposito CHRISTO  
Deo, eo ceu firmamento incumbunt, ac  
tum illis certa cognitio & visio exoritur  
Dei, ut quanquam corporibus in terra sint  
desixi, animis tamen ad cælum pertingat  
quibus non genij tantum cælestes lato  
occursum, sed & Deus ipse, ad quem cogitatio  
nes & sensus referunt suos, summo loco ap  
paret, ipsis benedicens & promissorum cæ  
lestium spe, mentes eorum desideriaq; con  
firmans. Itaque fiducia pleni, illustrati  
q; diuinitus, ad Dei doctrinam ac legem,  
vitam suam dirigunt, ut ipsius praesidio in  
terris lenti, demum incremento cælesti au  
geantur. Sequamur ergo & nos in ter  
ris præeuntem tanti numinis fulgorem,  
nosq; in altitudinemque excellentiamque  
cælestem attollamus. Quousq; enim humi  
desixa mens nostra erit? quin ad glorio  
sum illud regni diuini domicilium cælum  
nos vertimus? & ad illam admirandam  
supranois expansam Dei sedem intuentes,

ad



ad legum ipsius obseruantiam ferimur? Baruch. 2.  
Et fœdere cum eo paciscimur æterno, ut ip-  
se Deus sit nobis, & nos ipsius simus popu-  
lus, expectantes eius gratiam, atq[ue] oran-  
tes quæ nos certò sequetur, ut eius interue-  
tu semper fœlices simus. Quamobrem il-  
la omnipotente maiestate adorata, quam  
omnia toto orbe, abdita aperta & quæ us-  
quam sunt, ostendunt, ad æthera sursum  
firmatum animi oculos erigemus, ut con-  
fiderato infinitæ potentia & sapientia  
admirando ornatu, ad diuinam scienti-  
am ac leges instituamur, quoniam

Cæli enarrat gloriæ dei, et opera  
manuū eius annūciat firmamentū.

**M**agna est & illustris mundi ex ni-  
hilo summa cum Dei gloria facta.  
species, cuius medium terra obtinet, cen-  
trum tantæ spherae, immobili firmitate  
consistens, circa quam vastissimi orbes  
calorum, & illa supera elementa conti-  
nuo motu vertuntur. Quid autem illud  
est, quod molem tantam sustinet? quam

C 2 pendens

pendentem in se volui autor Deus fecit. At  
in continente mundi, quo ordine ac serie,  
tempore propè immenso, continuata ad  
Dei conditoris voluntatem natura omnia  
tenantur atque vigent? Terram videmus,  
plenam varietate in/atiabili ex ea nascen-  
tiu rerum, herbarum, florum, arborum  
frugum: fontium atque amnium perhen-  
ni decursu, montium altitudine, spacijs  
camporum immensis: & in ijs innumera  
genera variarum animalium & bestia-  
rum, & quæ in circumfusa terræ aëris spi-  
rabili natura degunt volucrum, mirando  
volatu ac cantu. Iam terras omnes cinc-  
gentia maria, subiacentiaque profunda,  
& in ijs tot species piscium ac beluarum,  
insulas, portus, littora, omnia ratione di-  
uina plena intuemur. At sitanta admi-  
rabilitas terrestrium est rerum, quantò  
maior immensi, & amplectentis omnia  
etheris? Quanta enim magnificentia ex-  
pansi supra nos celi est? quantus decor?  
quam admiranda tot vrbium connexio?

quo-



quorum summus et extimus cælestis, vasti Cælum en-  
tateim mensa, solidissima quiete, quietissi pyreum.  
ma stabilitate, splendidissimo fulgore, lu-  
ce prorsus dinina, sede est beatarum mē-  
tium, destinata tot millibus intelligentia-  
rum ac spirituum, qui aeterno Deo famu-  
lantur, & cum eo sempiterna, & ultra om-  
nem naturæ sensum se proferente gloria  
regnant. Eius cæli, quanquam à nostro  
aspectu remota facies sit, nos tamen eam  
certa fidei et animorum illuminatione in-  
tuemur, spe summa nos à concretione mor-  
tali segregatos, ad illam gloriosam sedem  
penetraturos esse. Hanc spem voce sua ac  
verbo, quo omnia facta sunt, & in perpe-  
tuum consistunt ac fiunt, confirmavit de-  
us, testatumq; omnibus fecit, qui se seque-  
rentur, & incorruptos animos à vitijs ge-  
rerent, ijs, cum corporibus exuti essent, ad  
illam lucidissimam plagam aditum fore.  
Hæc summa gloria est Dei, ei soli debita,  
par eius immensitati, in quam se animus  
excelsus semper attollet, et illā decoram se-

C 3 dem



Psal. 83. dem intuens, omni desiderio mentis, ad  
Deum viuum feretur. At post illum sum-  
Primum mum, extimumq; globum aliis est orbis,  
mobile. qui incitatisima conuersione ab ortu in  
occasum ruens, inferiorum cælorum syde  
Cælum cri rum & stellarum molem circum terram  
stallinum, trahit & raptat. Ab eo globo itidem aliis  
secundum est, prorsus pellucens, expers tamen stella  
mobile iu - rum, naturæ ac formæ ceu aqueæ. Ei calo  
xta sacros proximum est stelliferum illud, quod fir-  
theologos. mamentum vocant, infinitis & magnitu-  
dine sua facile terras exuperantibus syde  
Firmamē- ribus plenum, quorum syderum vni tan-  
tum. tum creatori Deo notus est numerus. Hu-  
Septē sphe- ic orbi subiecti sunt illi septem, qui versan-  
& orbes tur voluunturq; retro, contrario motu at-  
planetarū. que cælum. Ac primum globum occupat,  
inimica affectu suo, vitæ humanæ stella,  
eoq; ab summo Deo, quam longissime à  
terra abstracta. Alterum globum prospe-  
ri, & salutaris syderis fulgor habet, tem-  
perans bonitate sua malitiam primi, &  
post se secundi: vt bonus inter duos malos,  
vt prius.



vtriusque maliciam vincat, hominumq;  
in eo vitæ auctoris Dei sapientia & prude-  
tia consulat. Sequitur hunc rutilum &  
horrendum terris sydus non tamen æquè,  
ut primum illud noxiū, nec inutili homi  
num naturæ caloris & temperiei vi. Tum  
subter medianam ferè regionem Sol obtinet,  
luce sola sua illustris, & omnium luminū  
princeps. Ei amplissimo syderi subest alius  
orbis fulgens ac candens gratissima luce,  
Solis orientis aut occidentis comes. Post  
eum itidem alius, propter Solis clarita-  
tem aspecturarus, Solem nunc antecedit  
nunc sequitur. Sed admirabili efficientia,  
quam ille bonis additus, bonam, malis  
verò malam habet, regente omnia pro in-  
feriorum corporum qualitate, causis va-  
rijs & admirandis Deo. In simili orbium  
caelestium sedem luna occupat terræ proximæ,  
cuius mutabilis species videtur, luce  
nocturna terris seruiens, Oceani ac flumi-  
num, fluxus, refluxusq;, incrementa, di-  
minutiones faciens, & ad omnium ani-

C 4 manti

mantium generationem materiam p̄-  
bens. Hæc inæstimabilis machine cæle-  
stis magnitudo, & hæsyderum conuersio-  
nes, naturæq; ea, quas illis attribuit De-  
us, & ex ijs multiplices & stupendæ in a-  
eris regione effectiones nubium, ventorū,  
imbrium, atq; ex ijs cōgelatis grandinis,  
niuis exhalationum variarum, turbinū,  
procellarum, fulminum ac fulgurum ge-  
nerationes, cæteraq; omnium animanti-  
um, rerumq; è terra crescentium incre-  
mentis propagationi, et conseruationi ac-  
comodata, indefinitum immensitatis  
splendorem & gloriam incomprehensi-  
blem Dei, quasi voce loquuntur. Ad eam  
confirmandam & augendum.

G. annun-  
ant.

Dies diei eructat verbum, et  
nox nocti indicat scientiam.

**Q**uām mira enim viciſſitudo noctū  
dierumq; lucis aut accessu aut recessu  
ſu ſuccedentium ſibi alteratio eſt? ordine  
eo, quem cæleſtium orbium conuerſio in-  
ducit. Quid autem conuenientius, quām  
inter



inter statas vices temporum, permutatis  
dierum ac noctium spacijs, partes illas cō-  
tineri? crescere ac minui? in æqualibus in-  
teruallis, atque inter ea stellas aut fixas,  
aut errantes, oriri & occidere, videri &  
occultari, sole oriente, aut ante eum,  
post etiam eius occasum, lege & ordine  
perpetuo, qui cūm in temere cadentibus  
esse non posset, efficitur id, ut Dei magnifi-  
centia ab ijs, quæ perfectione diuina ceu  
ad exactissimam regulam facta sunt, e-  
nuncietur. Et eorum consideratione ac-  
cendi ad eum venerandum mens debeat,  
qui illa fecit, admirandæ rationis plena,  
quæ manifestò cernuntur, & in aspectu  
omnium sunt, & cunctis finibus terrarū  
fiunt. Quoniam

Quibus nō

Non sunt loquelæ neq; sermo audiantur  
nes, quorum non audiantur etc.  
voces eorum.

In omnem terram exiuit so - H. Regula  
nus eorum, & in omnes fines eorum, or-  
bis terræ verba eorum. tio eorum

C 5 Nam

**N**am qui omnia constituit ac fecit Deus, non partem aliquam terrarum, operum suorum ratione impleuit, sparsa ea ac diffusa longissime est, in omnium sicutium oras, quacunque se tellus profert, ut nulla in terris gens, eius tantæ glorie & cognitionis Dei expers esset, perstante semper et ad omnem perpetuitatem norma a lege diuina, ad augendam & confirmandam cœlestium rerum fidem: ut earum infallibili certitudine & noticia, omnium sensus atque animi implerentur: & omnium consuleretur saluti, defixa in oculis a mente notione æterna qua ferri ad deum cogitatio possit humana, eiusque promisso inniti: accedente eò voce ipsius diuina. Si ille Ierem. 33. leges cœli & terra non posuerit, ac si irritum possit fieri eius pactum, cum die ac nocte, ut non sit dies & nox in tempore suo, tum irritam erga suos beneficentiam ipsius fore, o vocem è solio gloriae altitudinis Dei prolatam, quam utinam omnes homines audiant & sequantur, & tantarū rerū



rerum in uitatione adducti , eius ma-  
iestatem venerentur æternam , prædi-  
centq; itidem, vt illa supera , ipsius glori-  
am. hoc & fecerunt olim, & hodie faci-  
unt ij, qui in illo terrestri templo Dei , fir-  
mamentoq; Ecclesiæ Catholicae , ceu lu-  
centia sydera infixæ , tenebras mentium  
humanarum dispellunt , præeuntq; alijs  
doctrina ac vita , in hac atra nocte rerum ,  
ad illam cognitionis claritatem , in qua sa-  
lus est animorum , & diuinæ gloriæ coro-  
na. In ijs sunt Patriarchæ , Prophetæ , Apo-  
stoli , & qui vt sanctæ religioni testimoni-  
um præstarent , vitam suam morti obiece-  
runt martyres , Doctores , Episcopi Ortho-  
doxi , & omnium etatum sancti homines ,  
destinati à Deo ad Ecclesiam illustrandā ,  
& suæ doctrinæ lucem in omnes oras par-  
tesq; terrarum propagandam , quibus de-  
mum ipsis opere perfunctis , definitus est  
in cælo locus , vt gloria Dei illustrati , quā  
orbem vniuersum peruagati enunciārūt ,  
ad omnem fulgeant æternitatem. Intue-

C 6 amur

amur ergo illam cœlestis templi sempiter-  
nam regiam, lucentium tot syderum cœ-  
dore atque ignibus circumfusam, & ab  
omnia continente Deo adornatam, deco-  
re admirando ac gloria. Hanc et si illa or-  
dine suo, cœu oratione hominibus enunti-  
ent, eorumq; regula ad ultimum pertin-  
gat orbem, vt nemo eius sit expers, Deus  
tamen specie maximè omnium illustri

*Iuxta heb.  
& d. Ier-  
ron. Soli.*

*Exultat.*

*Ab extre-  
mo cœlo. G.  
Vsque ad  
summū cœ-  
li.*

In Sole posuit tabernaculū  
suum, & ipse tanquā spōsus  
procedēs de thalamo suo.  
Exultauit vt gigas ad currē-  
dam viam, à summo cœlo e-  
gressio eius.

Et occursus eius vscq; ad ex-  
tremum eius, nec est qui se  
condat à calore eius.

Inter ea enim sydera, quæ errantia di-  
cuntur, medium locum Sol obtinet, opus  
gratia splendoreq; Dei plenum, vas admi-  
randum, opus excelsi, fons luminis, calo-  
risq;

risq; vitalis, & cuius efficientia, viuen- Ecclesi. 17.  
tia, & ex terra nascentia omnia, vitam, 42. 43  
incrementa, ac maturitatem accipiunt,  
luce omnium in vniuerso maximè illustri  
qua ille sua, nec aliundè accepta, erran-  
tes in suis orbibus stellas, & in firmamen-  
to fixas omnes illuminat: diffusus vndiq;  
& radis flagrantibus, cælum & terram  
implens. Quād illustri autem comitatu,  
tot myriadibus innumerabilium astrorū  
firmamenti, cēu infinitis exercitibus sti-  
patus vndiq;, magnificientissima cum glo-  
ria, vt dux omnium, & formosa, vt spon-  
sus, pulchritudine splendoris, cum gaudio  
& lāetitia omnium viuentium exoritur  
mundo? Quād incitatissimo autem cur-  
su? raptuq; priui, vt vocant, mobilis, ath-  
letæ in morem, ab ultimis celi carceribus,  
aduerso & contrario motu proiectus, ad  
alterum pergit extremum? & intra vi-  
ginta quatuor horarum interualla ac spa-  
cia, diem ac noctem ortu occasuq; suo effi-  
cit? certissima lege suum cursum absol-

C 7 uens



uens, omniaque, viuificans & illustrans.  
Atque calore flagrantiaque, igne? quo etiam  
temperamento? medio loco & ordine, in-  
ter summa & infima positus, ne intolera-  
bilis, sed salutaris ac viuifcus animanti-  
bus, satis, stirpibus, plantis, & omnibus  
oris terrarum esset. O gloriam Dei, qua-  
tanto in opere omnes gentes commonefa-  
cit sui, & ad se venerandum inuitat, re-  
lucente in eo diuinæ maiestatis augusta  
imagine & gloria. Tu enim deus lux admi-  
randa, inexhausta, aeterna es, vniuersa  
claritate impletus tua, ac splendore diuino  
penetrans abdita, illuminans profunda,  
pellens mentium humanarum noctem, er-  
rorum nebulas fugans, tuæ gratiae in per-  
petuum affulgentibus radys. O lumen  
nulla de luce immensum, desideratum, ex-  
optatumque, mihi exorere, & meo tenebri-  
cofo cordi, ex terrena massa concreto, eoque  
caliginis pleno affulge, vt tuæ diuinæ cog-  
nitionis irradiatione perfusus, & ardoris  
tui flamma incensus, nunquam deficiente  
luce

luce fruar. Sic enim te sequens, ac tua le-  
ge viuens, gloria replebor diuina, atque  
in ea ambulabo in sempiternum. Itidem  
enim ut sol pulcherrimi splendoris irradia-  
tione terras illustrat, sic etiam;

Lex Domini immaculata,  
conuertens animas, testimo-  
nium Domini fideles, sapien-  
tiam præstans paruulis.

*Irreprehen-  
sibilis inte-  
gra recre-*

**I**Ta quod mundo est Sol, hoc menti Deus, as animas.

Verum ut ex contemplatione superarum  
& cœlestium rerum, magna vis est ad ag-  
noscendum Deum, ita lata à Deo lex, eam  
notionem confirmat & implet, integrita-  
tes summa sua, & mentes à Deo descisen-  
tes malisq; victas incredibili pietate re-  
stituit & recreat, abscondita à seculi sen-  
satione, operum suorum suiq; testimo-  
niū fidem faciens, infantes sapientia, im-  
prudentes intelligentia donans, vt secun-  
dum eam viuant, nec ab ea deflectant.

Nam qui contra eam faciunt, sapientia  
confisi

confisiua, in ijs error est & inscientia ma-  
nifesta. Solae enim

Mādata do  
mini vera  
lētificātia  
cor.

Mundus si  
mul.

Iustitiæ Domini rectæ lēti-  
fantes corda, præceptum  
Domini lucidum illuminās  
oculos.

Timor Domini sanctus per-  
manens in seculum seculi iu-  
dicia domini vera iustifica-  
ta in semetipsa.

**M**Agne sunt in disciplinis humanis te-  
nebre, magna dissidentium à ve-  
ro opinionum ambages. Sed omnium pro-  
batissima iussa sunt Dei, in quibus, et ve-  
ra religio, & sapientia perfectio, & leti-  
cia exuberantia est, vnde lucidum prodit  
lumen, recta doctrina animum illustrans,  
ut ea sequatur, quæ Deus exigit, & ad  
quorum nos obseruationem mandato suo  
astrigit. O diuinum donum, quod  
onne expellit peccatum, & iustitiam tri-  
buit, quæ corda gubernet, ad consequen-  
dam



dam misericordiam, Dei, colentium men-  
tis implens, eosq; ceu diadematè & coro-  
nainsigniens, vt honorati in perpetuum  
sint, ac prolati sè cælesti thesauro bonis a-  
bundent, quæ nullus auferat dies, in vita  
& post mortem eos gloriae & fœlicitatis æ-  
ternitas sequatur. O beatos ergo quorum  
in animis Dei metus ita est infixus, vt eū  
sanctè reuereantur & colant. In dissoluta  
& prava ratione viuendi, omnia simul  
insunt mala, corpus eneruatum delicij,  
eoq; agrum & languens, & præproperā  
sibi asciscens mortem, mota loco suo mens,  
animus incultus, vastus, tenebris implica-  
tus, & prorsus à Deo deficiens, eoquè prop-  
ter iram eius plenus cruciatu, quem perti-  
nacia & scelerum perseverantia, atq; lon-  
ganimitas inducit, Dei angelo eos iustè  
agitante & persequente: quamobrem hæc  
via tenebricosa & lubrica deserenda, vt  
omnis dispellatur caligo, vera lux rede-  
at, quæ gubernet mentem, ne in tenebras  
malorum profundas, & ad illos caligino-  
sos



sos errorum montes impingat. Quàm in-  
dignus igitur ac mortifero refertus vere-  
no, error est eorum, qui mentes omni libe-  
rant metu, ac quantumvis viuant male,  
tamen reconciliatione tantum diuina, cō-  
stare omnia, ac sibi, ceu ex pacto calum  
deberi, magna cum Dei iniuria, & homi-  
num pernicie volunt. Sed hi nec diuina  
obsequuntur legi, & à Dei metu, suaq; sa-  
lute sunt auersi, & inuehunt omne malū.  
Discant Dei iustitiam & agnoscant, ac tū  
se in eius dent conspectum, cum metu ac  
tremore suam agentes salutem, deijciant  
ad terram se, vt manu eius paterna ac di-  
uina attollantur. Non enim Dei abuten-  
dum est lenitate, sanctè ac iustè ei seruen-  
dum, & ad extremum diem vsque studio  
bonæ voluntatis & actionis vita inuiolata  
perducenda, ac cùm aduersus eius pecca-  
tur legem acriter pœnitendum, & Dei  
ad nos castigandos, decreta, mansuetè &  
patienter ferenda sunt. Quoniam enim  
contaminata omnium vitæ ratio est, com-

mune



muneq<sup>3</sup> delictum, quo in eum peccatur,  
merita etiam est pœnæ diuinæ grauitas,  
vt vero iure Deus vtatur, eiusque recta  
& iusta iudicia sint. Quamobrem omnis  
ei tribuenda iustitia est, et casto animi me-  
tu inferuendum atque orandum vt sub-  
ueniat infirmitati nostræ, nec nobis digna  
nostris peccatis rependat, sed misericordia  
erga nos sua vtatur. Hoc electi omnes ag-  
noscunt, & plenam Deo suæ salutis laudē  
tribuunt, & in eius benignitate omnia po-  
nunt, in quo vera religio & sapientia est,  
qua omnes ex animis tenebras pellit, à pec-  
catis vindicat, ac docet eas ingredi vias,  
que ad vera bona, & eternamq<sup>3</sup> salutem fe-  
runt. Vtinam eò Deus vite mee pater,  
me bonustus spiritus ducat, ac per iter  
præceptorum tuorum ad vltimum vsque  
diem dirigat, vt omnis in te mea iustitia  
sit ac robur. Alta nox est intelligentia  
mea, ambulantis in hac afflictionis meæ  
terra, sed ex ipsis damnationis inferis tua  
benignitate ereptus, iusto animi metu,

tuo-



tuorum praeceptorum & iudiciorum lu-  
men altè sublatum intuens, omnem adtu-  
cursum flectam vitæ. Sic enim absceden-  
tibus tenebris, orietur vera in me lux, con-  
firmata tuo aeterno verbo. Sunt quidem  
ea iudicia & iussa grauia ijs, qui tua Do-  
mine facta non contemplantur, nec opus  
manuum tuarum considerant, eoq[ue] ma-

1. Theß. 2. le agendo delinquent, & extrema iratus  
infestantur, dehiscientibus immane, et in-  
gluuiem suam dilatantibus inferis, ad eos  
absu[m]endos, at verò iustis

Super au-  
rū & super  
obrizum  
multum.

Desiderabilia super aurum,  
& lapidem pretiosum mul-  
tum. Et dulciora super mel  
& fauum.

**I**N ijs enim iustificatio est, & salus ani-  
morum & felicitas in sempiternum. At  
ta omnis potestatis & imperij Deus, cali-  
terræque Domine, tuo me spiritu à tuo  
glorioſo ſolio demiffo confirma, ne me ter-  
renarum rerum cupiditas impedit, tuus  
seruus

seruus, iussatua, & quod placitum est tibi  
sequar, nullis alijs contra tuam sanctam  
voluntatem delecter aut fidam. Grauat Sapien. 9.  
quidem animam corpus mortale, & obru-  
it mentem terrestre vas, ut noxia omnia  
appetat ac desideret. Sed tu me mente  
conuersum, in virtutis viam dirige, ut ti- Ecclesi. 36.  
bi toto corde studeam, ex tua lege viuam,  
eaque magis quam summa opulentia de-  
lecter. Quid enim mihi conferet aurum?  
quid ingentis pretij gemmae proderunt? Psalm. 118.  
iudicij tui die? non ergo illa appetam: at  
me desiderium legum tuarum perhenni  
voluptatis sensu afficiet: ha delicia mea e-  
runt, iucundiores & fauorum dulciores  
nectare. Has enim sequens, tuumque no-  
men inuocans, nullo tempore deserar, nec  
damnationem metuam, conseruatus & li-  
beratus ab interitu conditione optatiſi-  
ma mea, cum me errantem iudicia tua  
in viam reducent.

Etenim



Etenim seruus tuus custodit  
ea, in custodiendis illis re-  
tributio multa.

**O**votum meum ingens, & desidera-  
tas meas spes, vt tuus seruus, iudicys  
exciter tuis, ac lege instruar, vt sperata  
consequar bona, quæ destinata & pro-  
missa benignitate tua ijs sunt, qui tua ser-  
uant præcepta. Quid enim maius euenire  
michi posse, quam vt doctrina eruditus ca-  
lesti, ac protua aequitate non conseruat  
tantum, sed præmio etiam immenso au-  
ctus, viuam? te pro magnitudine tua æter-  
na, nihil debenti, vltro donante, sicutem  
iustificante, mortalem immortalem faci-  
ente. Hæc gloria est Deus tua, infamia no-  
stra, qui in multis delinquimus, à tuis  
mandatis dissidente ita, at

Delicta quis intelligit?  
quibus omnis plena est vita, & quorum  
magnitudo et si hominibus ignota, occul-  
taque sit, ea tamen in tuo conspectu patet,  
qui

odit qui profunda & abdita patefacis, cuius Danie. 2.  
 cognitionem & præsentiam declinare at-  
 que effugere nemo potest, quin omnia per- Psalm. 139.  
 uestigata habeas, etiam si ipsis tenebris  
 occultanda committantur. Itaque cum  
 semper reperiamur fontes, nec quisquam  
 sciat, amore ne an odio sit dignus, tu quæ-  
 so Domine

Ab occultis meis munda me, Ne dominē  
 & ab alienis parce seruo tur mihi.  
 tuo. Si mei non fuerint do G. Domina  
 minati, tunc immaculatus ta non fue  
 ero, & emundabor à deli- rint.  
 cto maximo.

**N**emo enim sua virtute, nec quisquā A scelere  
 præter te Deus, eluere latantes ani- grandi.  
 mi maculas potest, per te, ad tuam pro- G. A deli-  
 merendam gratiam via est: at tu labem tto magno  
 meam & alienam, in primis verò si qua ingēti trāc  
 ex superbia menti meae oritur, quæso ex- gressioni.  
 pia, ne inquinata & delictorum errore  
 vitiata conscientia me premat, nectan  
 tum in me crimen hæreat, quod me ex  
 culto-

cultorum tuorum numero eximat, &  
um castissimum numen offendat. Sic enim  
reconciliabor tibi, actum planè integ-  
& innocens à peccato ero, te condonant  
vt iam culpa ablata mea, iugum tuum  
ram, & tibi inferuiam, vt omnia mea  
pera accepta tibi esse possint. Hoc ego  
uino bono, tua benignitate affectus, ad in-  
uocandam tuam misericordiam inuitor  
at quum polluta sim mente ac lingua, ti-  
missimo ex tua sacra & de genio, à tuaq[ue] ce-  
lesti ara gratiæ igne, labia mea aperi, &  
animum contingatque informa.

*Esai. 6.*

Sint acce-  
pta.

Et erunt ut complacent e-  
loquia oris mei, & medita-  
tio cordis mei in conspectu  
tuo semper. Domine adiu-  
tor meus, & redemptor.

*¶ Para. 33.* **H**oc precanti mihi votum concedo  
ut omnia mea dicta & cogitata ti-  
bi grata, & ad te, quem omnis lauda  
calo-



calorum potestas, prædicandum intenta  
sint. Tu Domine vindex es meæ vita &  
defensor, qui me formasti in materno vte-  
ro, qui me, atque intimos meos sensus fin-  
xisti. quamobrem tibi vnde accepta sunt  
omnia refero, tantum grata sint tibi mea  
commenta & meditationes, ut me ad san-  
ctum tuum numen mente conuersum, ex-  
alto, & à tuo glorioso solio, respicias, nec  
auersus vñquam à me vultus sit tuus. Ego  
tuarum manuum figmentum sum, cui vi-  
talem spiritum afflauisti, & mentem in-  
didisti eam, que agnoscere tuum diuinum  
numen posset: tuo ergo munere & dono,  
cali sublimitatem aspiciam, nec vlla me  
cogitatio ad illa damnatorum infima ab-  
ducet. Tu Domine protua promissione,  
tuique nominis gratia, prostratum, &  
maiestatis tuae gloriae supplicem apertis  
ad meam humilitatem oculis vide, qua  
tibi in hoc exilio, misera & contaminata  
vitæ, ad tuam laudem sacrificium facio,  
ac tua decora æterna, à die ad noctem

D

vſq; 3



74 MEDITATIO

vñq, pro infirmitate cond itionis mea  
ro. Ita in tuis versans oculis, & in vultu  
tui luce ambulās, in virtutis dirigar via  
ac demum fructum operum meorum se  
piternum feram, ad cælestem tuam subl  
Esa. 6. tus gloriam, qua pleni sunt cæli &  
uersus orbis terrarum.

Meditationis in Psalmum  
XVIII finis.

ARGUMENTVM  
Psalmi XXII.

Deus vniuersi creator, benignitate su  
iustum vitā & res omnes tuetur, eos  
que ad veram iustitiam ac praeue factori  
pœnitentiam spiritu suo, & castigatione  
inducit, ut in hac misera vita, ope eius li  
stentati & exhilarati diuina, salui perpe  
tuò, atque in cœlo beati esse possint.

MEDITATIO IN PSALMVM  
xxij. iuxta Hebreos xxij.